1515. 

163

Sigismundus Primus Rex Poloniæ
Bernardino Archiepiscopo Leopolien.

Rndme in Christo Pater —
Non potuimus aliter sistere, querelas subditorum nostrorum, ritus Græci; quam quod illis promisimus Ipsi, nos Vicarium seu locum tenentem statuere. Servabimus tamen hanc moderationem, ut non alium, nisi quem Pta Vestra nobis commendaverit eligemus. verum id secretu habeat, saltem dum res nostre sunt, cum ejusmodi Gente difficiles et turbulentæ ne istis irritamentis, nobis majores difficultates accrescant. Bene valeat Pta Vestra —